

1509

**Annotaciuncula pro Con-
fessoribus Spire**

per Georgium de Gemmyngen
Prepositum ibidem
concepta.

Impensis Eucharij Henner eiusdem ecclesiæ
Vicarij edita.



EVCHARIUS LECTORI.

Candide lector, cum incidissem casu, in annotationes istas, ab auctore suo neglectas, imo aromatarijs vt ex illis cucullos facerent derelictas, Iudicauit oportunum eas pro diebus quadragesimalibus imprimi, res leuicula fateor, sed quæ æquo iudicio ingrata non sit, qui pro simplicibus sacerdotibus meliora habet, candidus in medium ferat, qui non habet. hæc ne vellitet,

FOELICITER
LEGE.

Olitus sum plebanos meos Spiræ, præcipue tpe quadragesimali hortari, vt p totos dies sint in ecclesia sua parrochiali parati, ad audiendū confessiones, neq; statuunt vnā aut duas horas in die, quibus audiant confessiones, quia volentes confiteri per hoc facillime retardantur, cum non habeant plebanum paratum ad omnes horas, & de facili capiunt ex hoc ansam, aut tardius aut omnino non confitendi, quo fit vt sæpe accusem negligentiam plebanorū in confessionibus audiendis. E diuerso ē aliquis ex fratribus medicantibus, qui de nimia plebanorum diligentia, & q; pauci ad monasterium suū causa cōfessionis faciēde accedāt, nec id fieri sine culpa plebanorū cōquerit. Condēnat aut (nec imerito) abulum quē habemus Spiræ, eo q; parrochie nō sūt distincte, seu potius sola vnica sit parrochia Spiræ in ecclesia maiori, cum pluribus substitutis, capellanis, qui habēt oēm auctoritatē plebani, per qd generat magna cōfusio in materia cōfessionū. Et in hoc verū dicit. Quia aut per multos annos qbus fui Spiræ, vidi oēs quatuor ordines fratrū medicantiū, a clero venerari atq; honorari (& merito) Nam pter alia videmus q; in publica pcessione annua ponunt in chorū ecclię maioris equalr clero seculari, dañ eis honor & ius p̄dicandi in ecclesia maiori. In exequijs canonicorū munerant & indies ad hostia clericorū elemosyna eis cōmunicat humaniter. Sifr ad celebrandū in parrochijs beneuole admittunt. Ideo etiā in hac materia cōfessionū, cupio vt oibus satis fiat, vt dignū & iustū est. Et p̄cipue vt obuiet plurimis & infinitis periculis, quæ oriunt ex tam detestabili errore, passim & indifferēter prohibito cuiusq; confitendi cuiūq; plebano voluerit. Volo itaq; pro comoditate religiosorū, & informatione plebanorū nrorū Spiræ colligere, saltim crassa Minerua, seu grosso modo, materiā a quibus confessiones audiendæ sint, neq; doctrine meæ, aut animi mei est scrutari minutatim singula, sed satis superq; mihi erit, prout quæq; occurrunt, non subtiliter digito sed rustice ac vt dici solet, aratro ipso describere.

A ij.



Cum omnes q̄ per lapsum primi parentis, corru-
ptela peccati venit in pelagū huius mundi. In quo
nauigantibus nobis Iesus Christus ne naufragio pe-
reamus, duas dedit tabulas. Prima ē baptismus in q̄ vetus
exuitur, & nouus homo induit. de hac, de con. dist. iij. per
totum & in c. maiores. & c. debitū de bap. & eius effectu.
Secūda tabula est penitētia, qua renouari possunt passi nau-
fragiū post baptismū, per peccatū mortale, & hoc quā diu sūt
in p̄ri vita quicūq̄, & quiescūq̄ diuinā inuocāt clementiā.
Ideo qualitercumq̄ & quotienscumq̄ peccamus ad sacm̄
p̄nię refugiū habemus. Et quia oīs etas ab adolescētia pro-
na est ad malū. xij. q. i. c. primo. & in phæm. cle. ac p̄ malū
aīa vulnerat letaliter & venialiter. Ad emendationē huius
mali recurrimus ad Christi imensā iustitiā. Quia autē in ipsa
ppria p̄sona nō iudicat, ante vltimū & finale iudiciū. Ideo
ante iudiciū finale, instituit iudices particulares, q̄ inter deū
offensum & hoīem offendentē, sunt quasi inter mediū, sci-
licet sacerdotes. Licet enim in cordis cōtritione gratia diui-
na peccata dimittat, de pe. di. i. c. magna pietas. In aliquibz
libris est. §. qui cōtinet sub. c. lachrymæ. Tñ oris confessio
necessaria est, cum pōt haberi copia sacerdotis de pe. di. i. c.
nō pōt. Sicut em̄ bono cathecumino dat̄ baptismus ad re-
gnū celoz, ita malo baptisato vera confessio. de cō. di. iij.
c. non dubito. Adeo vt confessiōi quæ fit sacerdoti, dicant̄
assistere angeli. c. de his. sc̄dm. l. dist. Confitētibus autē vt
daretur sacm̄ penitentiæ, cōcessit mediator dei & hoīem,
vt per ianuā recōciliationis, ad cōmunionē sacramentorū
admitterēt. de pe. di. i. c. multiplex. c. agite p̄niām. c. verbū
dei. & c. iudicet seipsum hō. Et licet in primitiua ecclia, om-
nibus sacerdotibus fieret cōfessio indistincte, iuxta doctri-
nā Apli. Confitemini alterutrū peccata v̄ra. de pe. di. i. c. fi-
nali. permittētibus aplis & discipulis, qui habebāt exercitiū
claus, q̄ etiā plena cōcordia in principio inter fideles erat.
Ideo nōdū illa certa determinatio parrochiarū facta erat, q̄
postmodū facta fuit, dum studia diuersa instinctu diaboli
fierēt in religione christiana. Et dicerēt, Ego sum Pauli, ego
Apollo, ego Cephe. xcv. dist. olim. Vt igitur scismata tolle

rent, & ecclie status p̄fectius regeret, nō solū singuli ep̄i sin-
gulis ep̄atibus, imo singulis plebibus singuli sacerdotes, p̄
cura plebis habēda p̄ p̄niā danda, & p̄ administrādis alijs
ecclie sacris determinati sunt, & distinte ecclie singulæ,
vt vnusquisq̄ ius suū ppriū & determinatū haberet, neq̄
alterius parrochiæ ius aut terminos inuaderet, vt ista clare
habent. lxxx. dist. c. primo. & per to. illā dif. & vi. q. iij. c. i.
& c. ij. ac. ix. q. ij. c. i. & ij. & p̄ totū. de pe. dif. vi. c. placuit.
& de parroch. c. nullus. de pe. & re. c. qd̄ autē. & c. omnis.
& c. si. ac pulchre. xij. q. i. c. i. cum similibus.

Et sub p̄cepto fuit etiā ante decretalē illius ḡnalis consilij.
Inno. tertij, q̄ ponit in. c. om̄is vtriusq̄ sexus: de pe. & re. vt
cōfessio fieret sacerdotibus de pe. di. i. c. quem penitet.

Religiosis autē illis tēporibus, expresse interdictū fuit, ne
darēt penitētiā, aut alia eccliaistica sacramēta, neq̄ sepelirēt
xvi. q. i. c. i. Et quare eis p̄dicta fuerint p̄hibita? dicit Euge-
nius papa in. c. placuit, eadē. q. & causa. placuit n̄ro cōsilio,
vt nullus monachorū, p̄ lucro terreno, de monasterio exi-
re nephandissimo ausu p̄sumat, neq̄ p̄niām dare, neq̄ filiū
de baptismo suscipere, neq̄ baptisare, neq̄ ifirmū visitare,
neq̄ mortuū sepelire, neq̄ ad eccliam secularē transire, neq̄
alijs q̄buscūq̄ negocijs sese implicare, sit claustro suo cōtētus
q̄a sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio mo-
nachus, sedeat itaq̄ solitarius & taceat, quia mūdo est mor-
tuus, deo autē viuūt. agnoscat nomē suū. monos. n. grece, la-
tine vnus, Achos grece latine tristis, ide dicit̄ monachus. i.
vnus & tristis, sedeat ergo tristis, & officio suo uacet. volui
ponere v̄ba tex. q̄a nō potui breuius dicere, quæ monachis
tunc interdicta fuerūt, & quare quā referre textū. Idē dispo-
nebat, in. c. puenit eadē. q. & causa, cū similibz. licet postea
immutata sint. vt patet in. c. sunt nōnulli. ea. q. & causa.

Ante etiā p̄dictā decretalē. Oīs de pe. & re. cautū erat per
canones, vt saltē ter in anno hoies cōicarent, de con. dif. ij.
c. Et si nō frequentius. c. si quis intra eccliam. c. seculares. &
c. sequen. quia autē t̄pis decursu male obseruabat̄ illud de p̄-
ceptōe eucharistię ter in anno, Et subditi decipiētes se ipsos
recurrebant ad alios, q̄ ad sacerdotes parrochiales, ex quo

A iij



iminebat magnū periculū animarū. Ideo Urbanus secundus
i. c. vi. de pe. di. vi. voluit, vt nullus sacerdos audiret cōfes-
sionē subditi alterius. & Inno. iij. salubriter attendēs, q̄ sa-
cerdos parochialis habebat vultū sui pecoris agnoscere di-
ligenter, & gregē suū cōsiderare, vt ante tribunal æterni iu-
dicis ex oibus sibi cōmissis rationē reddat, vt nō iudicium
sed gloriā p̄ suis actibus percipiat. Attēdēs etiā q̄ sacerdos
parochialis cōsiderare debet, cui administrat sacm̄ eucha-
ristiæ. Nō em̄ turpitudinis cōtagione fœdatis, sacra cōmu-
nio dari debet cum ceteris christianis. c. p̄ dilatione, de cō-
dis. ij. Eam obrem statuit in concilio generali canonē illū.
ois vtriusq̄ sexus, de pe. & re. vbi p̄uidit vt cōfessio fiat p̄
prio sacerdoti, aut de eius licētia alteri, vt ibi latius cōtinet̄.
Episcopis aut̄ cōcessum fuit, vt nō solū in p̄dicationibus,
sed etiā in audiēdis confessionibus, ac penitētis iniungēdis
possent recipe coadiutores, & cooperatores, vt patet in. c.
inter cætera de off. or. Et quia erat messis quidē multa, ope-
rarij autē pauci, rogabāt apl̄i dñm messis vt mitteret opa-
rios in messem suā. & post hoc designati sunt. lxxij. discipu-
li, quorū typū gerūt p̄sbyteri, atq̄ in eorū locū sunt constitu-
ti in ecclesia dei, ideo dicimus quod tripliciter messores ad-
duntur p̄existentibus antiquis in ecclesia dei.

Primo nonū ordinē instituendo, sic additi sunt. lxxij. di-
scipuli apl̄is. Secūdo plures in singulis constituendo, sicut
ep̄i multi, q̄ in locum ap̄loꝝ successerūt, parochiales p̄sby-
teri, infiniti qui in discipulorum locum constituti sunt, &
quorū typū gerūt, vt pulchre habet̄. xxi. dist. c. in nouo tes-
tamento. & lxxvij. dist. c. coepiscopi.

Tertio principalium operarioꝝ coadiutores ordinando,
isti sunt p̄dicatores & minores, qui per diuersos pontifi-
ces (quorū constitutiōes in corpore iuris includunt̄) vt in-
fra videbimus vocati sunt, in adiutoriū principalium opario-
rum, quibus principaliter cura plebis est cōmissa. vt in des-
cre. inter cætera p̄allegata. Neq̄ credat aliquis, quod p̄ hoc
p̄dicatores aut minoribus cōcessa sit aliqua principalis
potestas, ipsi em̄ tantū sunt in quoddā adiutoriū euocati, ut
scilicet p̄prios sacerdotes adiuuēt, nō vt eorū statū essentia-

lem perturbēt. Quia aut̄ dicti P̄dicatores & Minores, vt
videbat̄ m̄stis abutebāt eorū priuilegijs, ideo magnū ortū
fuit disturbiū, adeo q̄ aliqui pontifices in totū reuocabant
priuilegia illa, aliqui declarādo limitabant dicta priuilegia
& inter illas reuocationes, declaratiōes, & limitatiōes, ma-
gna erat intricatio, & disturbiū, ideo Clemēs. v. renouādo
constitutionē Bonifacij. viij. in consilio Viennē. edidit sta-
tutū sc̄te eccl̄ie vtilissimū, & reuera necessariū, qd̄ ponit in
cle. dudum. de sepul. in cuius principio fit mentio de dicto
disturbio. Et illa cle. erit nostri farrago laboris.

Vult autē dicta cle. dudum, de sepul. §. statuimus, quo ad
materiā confessionis, de qua nūc loquimur, plebanis & fra-
tribus nostris Spiræ, q̄ fratres p̄dicatores & minores, cer-
to modo qualificati, ac certo mō presentati ep̄scopo pos-
sunt audire libere cōfessiones, sibi cōfiteri volentiū, in ciui-
tate & diōc. dumtaxat, ac absoluere oēs qui sunt de iurisdic-
tiōe illius ep̄i cui p̄sentati sunt. vt latius infra videbimus.

Ad huiusmodi autē p̄sentationē plura requirunt̄, quorū
si aliquod omittat̄, tunc totus actus est irritus, puta ante p̄-
sentationē, quo ad minores oportet q̄ fr̄es p̄sentandi prius
sint electi per generalē, aut prouincialē ministrū. Quo ad
p̄dicatores necesse est q̄ fuerint electi per magistrum aut
priorem prouincialē, & si aliter fieret, tunc actus esset om-
nino nullus, quia vicarij ministrorū aut magistrorū pro-
uincialiū, non possunt eligere confessores, vt dicit glo. in
dicto. c. dudum. §. statuimus, in ver. custodes.

An aut̄ prouinciales p̄dicatorū, aut ministri minorū, qui
ante ad hm̄oi officia audiendi cōfessiones p̄sentati nō fue-
runt, possint se ipsos p̄ntare? forte dicendū q̄ non, quia illa
cle. dudū. exigit quandā electionē, & approbationē, & illā
nullus de se ipso facere debet. ar. c. si. de insti. & c. cū in iu-
re, de elec. cū concor. Volūt etiā scribētes q̄ nō valet hm̄oi
p̄ntatio supbe facta, cū debeat fieri humiliter, vt ibi di. rex.
q̄ subiūgit, ut dicti fr̄es studeāt eligere p̄sonas sufficiētes ido-
neas, vita p̄batas, discretas, modestas, atq̄ peritas, quæ oia
pulchre exponuntur per Car. Zab. in di. §. statuimus, & ac
deinde in principio.

A iij



Ista cōsiderent fratres nostri Spiræ, cū quāta modestia lo-
quat̄ tex. dictæ cle. dudū. & studeāt eū potius seruare vt te-
uenē, q̄ curare vt habeāt magnū numerū audientiū cōfese-
siōes, quisq; in cōuētū suo in emulationē alterius cōuētus.
Putā predicatores & minores qui sunt siti ī corde ciuitatis
Spireñ. forte quisq; illoꝝ conuentuū habet quatuor frēs de-
putatos ad audiendū confessiones, forte ad Augustineñ. &
Carmelitas sufficerēt duo, p̄ quolibet cōuētū, eo q̄ ad eos
est paruus cōcurſus ppli, & hoc p̄pter verba tex. in di. cle.
dudū. §. statuimus, dū dicit, q̄ numerus p̄sonarū audiendi
confessiones, debet esse prout vniuersitas cleri & populi
multitudo vel paucitas exigit.

Sint etiā fratres nostri Spiræ cauti in hoc, vt ad visum p̄-
sentent suos electos, quia hęc est cōis opinio scribentium.
Licet frater Ange. in lūma sua aliter credat, verū suū crede-
re nō detrahit cōi doctoz̄ sniæ. Et dicit Car. Zab. in di. cle.
dudū. §. statuimus. & ac deinde in q̄rto notabili, q̄ frēs p̄-
sentati debēt esse p̄ntes ad oculū, p̄pter sex req̄sita in eis, vt
ibi p̄ eū, q̄ dephendunt̄ q̄nq; ex aspectu, nec aliter cognosce-
re possumus, nō. n. oia illa p̄ se p̄sumunt̄ inesse. Licet. n. reli-
giosus p̄sumat̄ bonę conscię, per dicta glo. vl. c. expedit. xij.
q. i. & c. cū ex iniūcto, de op. no. nun. §. sup̄ eo quoq; & ibi
glo. in verbo nō fecissent, q̄ allegat cōcordantes. tñ nō p̄su-
mit̄ pitus vel aptus ad cōfessiōes audiēdas, & p̄nitentias
iniūgendas, cū ab hoc officio sit excusatus, nam religiosus
pōt esse bonus, sed illiteratus, p̄ visum autē de multis q̄lita-
tibus Prēlati poterūt se instruere, ne p̄figant ignotos & nō
p̄batos, vt refert Zab. loco p̄dicto, iuribus p̄ eū ibi allegatis
Et sic nō pōt stare illud q̄ frat̄ Ang. credit ī sua sū. s. q̄ absēs
p̄sentari possit, q̄ tūc tolleret̄ facult̄s ep̄i recusandi idignū
vt recitat Imo. ī d. cle. dudū. §. statuimus, ī glo. p̄ntari ī vl.
verbis. Recusatio autē cōcessa est ep̄o p̄ & ba tex. ī di. cle. du-
dū, cū dicit, q̄ si forte iā dicti p̄lati, quēq; ex dictis fr̄ib; p̄nta-
tis eisdē, ad hmōi officiu nollēt habere, vel nō ducerēt ad-
mittendū eo amoto, vel subtracto loco ipsius, sicut eisdē p̄se-
rādis p̄lati, possit & debeat alius subrogari. Et necessaria ē
hmōi p̄ntatio ad visū, q̄ ut di. tex. ī c. leg. xvi. q. i. & sē & ba

Aug. Bonus monachus aliquñ vix bonū clericū facit, quod
dictū refert glo. in. c. si se cuiq; xxvij. di. Et idē facit glo. in
c. religioso, in verbo exhibere, de sen. ex. li. vi. Neq; arbitret̄
aliquis q̄ locus faciat in hoc p̄sumptionē p̄ aliquo fratrū,
puta dicere, ille est in monasterio, ergo bonus. Nā locus nō
facit bonos, vt dicit tex. in. c. quātumlibet. xlviij. dist. & sūt
verba Augustini dicētis se expertū nō meliores posse inue-
niri, q̄ qui in monasterio p̄fecerunt, ita nō sit deteriores ex-
pertus, q̄ qui in monasterio defecerūt. Ideo vt dixi opus est
corporali p̄sentatiōe, ad p̄dicta inuestigandū, vt etiā vltra
car. Zab. Ista clare deducit Panor. ī d. cle. dudū, circa mediū
sc̄e col. Idē tenet glo. ordi. ī di. §. statuimus. in ver. p̄ntari.

Quia autē iura volūt q̄ Ep̄s potest ex causa recusare sibi p̄-
sentatos ne aliqs crederet q̄ in hmōi recusatiōe opus esset
Ep̄o allegare causas recusatiōis suæ, & instituere causa co-
gnitionē, dicit glo. ordi. loā. an. in dicto. §. statuimus. ī ver.
nollēt, q̄ istud verbū nollēt, factū & p̄priū motū, non autē
causā cognitionē denotat, Et ista notēt frēs n̄ri Spiræ. Nā
alioquin quō p̄ntatio fieri debeat, & q̄liter p̄sentati debeant
esse qualificati, non est meū dicere, sed relinquo fratribus
nostris Spire, qui sunt practici in similibus.

Cum autē di. cle. dudū, solū loquit̄ de p̄dicatoribus & mi-
noribus, posset dubitari, qd de heremitanis. s. Augustini &
Carmelitis, qui eque dicunt̄ de ordine mendicantiū vt alij
an gaudeāt eodē priuilegio, dubiū facit q̄ hij exp̄sse omit-
tunt̄ in di. cle. dudū. Itē quia carmelitæ fuerūt heremite, vt
dicit Gemi. in. c. vnico de reli. do. i. vi. circa mediū penul.
col. Idē dicit Lopus allegatiōe sua. xlv. & in cōtrariū. Here-
mite autē possunt habere p̄priū. c. p̄ latū. §. Econtra Paulus
xix. q. iij. iūcta glo. ibidē. Et sic nō vidēt posse dici medicā-
tes, & eēt exclusi ab oib; priuilegijs cōcessis medicātib;.

Clarū autē est q̄ fratres qui dñr serui Mariæ, & p̄fitent̄ re-
gulā. s. Augustini. vt no. Gemi. in di. c. vnico. de reli. do. in
vi. in. §. cōfirmatos, in. i. q. Idē dicit lo. An. quē ad hoc alle-
gat Caspar cal. cōsilio suo. xvij. sub ti. de regularib;. Clarū
inquam est quod nō cōprehendunt̄ sub noie mendicantiū
neq; gaudent eorū priuilegijs, quia iuxta regulā. s. Augusti



ni, habet propriū, p. tex. c. nolo. & c. non dicatis. xij. q. i. Et licet milites Rodiani p. fiteant regulā scti Augustini sub magna obediētia adeo q. vigore obediētie, teneantur interficere hoīem. Licet etiā Augustinus dederit regulam viduis & cōiugatis, tñ oēs illi, quia possunt habere ppria, nō comprehendunt sub noīe mendicantiū, q. uis habeāt regulā suā ab Augustino. Sicut Predicatores p. fiteant regulā. s. Augustini, vt narrat Fre. de se. cōsi. suo. xij. & Abbas con. xxvij. in sc'do volumine. & est & tertia spēs. Ideo ex regula sua possunt habere bona in cōi, vt vult regula. s. Augu. ex supra allegatis. Et hoc mō etiā ipsi nō comprehendēnt appellatōe mendicantiū, sed postea ex cōstitutionib. ordinis, per sedē aplicā approbatis, facti sunt medicātes, vt no. Panor. in. c. minus, de excels. pla. quod nō est de fratrib. seruorū Marię. ideo vt dixi nō cōprehendunt appellatōe mendicantiū. Ordo aut heremitarū, q. hodie dī. s. Augu. tanq. ex pluribus ordinibus collectus, dī collecticius, vt refert Ioā. An. in nouella d. c. vnico. de reli. do. i. vi. & in glo. sic in fine, quē ibi dē ad hoc recitat Gemi. in. §. cōfirmatos. & in glo. in verbo amittat. ideo posset dici de eis, illud q. ponit glo. in. c. q. vere. xvi. q. vi. q. sunt sicut locuste, q. nō habent regē, eo q. sunt sine certo auctore, sed hinc inde collecti, Dicit etiā glo. ord. i. d. c. vnico. de reli. do. i. vi. in ver. solido. q. Grego. nolebat aliquē medicantiū dimittere, nisi p. dicatores & miuores. Et cū. tex. in di. c. vnico, facit mentionē de p. dicatores & minoribus, dicit q. de eorū ordinibus, ecclīe vniuersali euidēs puenit vtilitas. De Carmelitis aut & Heremitis scti Augu. frigide loquit. & glo. Io. monachi ibidē in & bo euidēs dicit, q. isti duo ordines. s. p. dicatorū & minorū, in ecclīa dei p. ficiūt verbo, ope, & exēplo, de alijs duob. & b. nullū. Imo q. plus est glo. ord. Io. An. in. c. cōstitutionū, de regu. i. vi. in ver. progamus. & latius idē Io. An. in regula q. a iure, de re. iu. eodē li. & facit hęc regula ad qōnē, dicit exp. se q. Augustineū. & Carmelite nō cōprehendunt, sub di. cle. dudū. Et ita p. eū, & p. fundissime sciētīe virū Ioā. de monte murlo, fuisse in facto p. nunciatum.

Predictis nō obstantibus sciendū, q. dicta Io. An. supra alle-

gata habuerūt locū illis t. p. bus q. bus facta fuerit, sed postea idē Io. An. in dicto. c. cōstitutionē i nouella. & in q. rta glo. ibi p. nunciati, dicit, q. Cle. v. progauit illā, cle. dudū, ad heremitas. s. Aug. & Io. xxij. ad carmelitas, & di. hoc cōstare, quē ibi sequit. & recitat Gemi. in. i. col. i. glo. in & bo progamus. Idē facit Zab. i. d. cle. dudū. & ab olim, i. ij. notabili. & in. §. hmōi. & verū. in. viij. q. Idē tenet Anth. de But. in. c. oīs. de pe. & re. & veniamus, ad glo. huius & in fi. illius qōnis, in lib. meo est in. vij. col. Et ibidē Zab. & q. ro, q. p. mitit, est mihi in fine. ij. col. Et q. ad carmelitas, vide Gemi. in di. c. vnico, de reli. do. in. vi. in penul. col. q. ad hoc allegat Io. An. in. c. oīs, de pe. & re. sup. glo. Neq. opus est in hoc dubitare n. r. s. t. p. b. cū vt dī Sixtus. iij. progauerit priuilegia vniuscuiusq. mendicantiū ordinis, ad oēs alios medicātes ordines, saltim clausulis g. n. alib. vt ibi videri p. t. Neq. aliq. s. faciat sibi scrupulū, eo q. n. r. s. t. medicātes habeāt proprias possessiones & census seu redditus fixos, q. d. iō forte eos nō cōprehēdāt priuilegia cōcessa medicantibus, cū dūtaxat illi dicant medicātes, q. b. ad cōgruā sustentationē, redditus aut possessiones habere, p. fessio siue regula q. libet interdicit, sed p. q. stū publicū tribuere victū solet incerta mendicitas, sunt verba tex. in. c. vnico, de reli. do. in. vi. hmōi aut artissimā medicatē dicit tex. i. c. nimis praua, de excels. pla. iueniri i p. dicatores & minoribus, & nullā fac. m. tionē de carmelitis & augustineū. Ista inq. n. obstāt fr. bus n. r. s. t. Spire, q. licet habeāt census & redditus fixos in cōi, ex priuilegio aplico, tñ p. p. ter hoc nō excludunt a priuilegijs cōcessis medicantibus. vt in p. dictis casibus cōsultit Cal. cōsi. xlv. sub ti. de testamētis. Et Fre. de Senis con. xij. tāgit Bal. in. l. priuilegia. C. de sac. sanc. eccl. in vlt. verbis. Quo ad minores habemus tractatū minoricarū Bar. Quo ad heremitas. s. Augu. habemus Con. cal. primū, positū sub rub. de sta. regula. Quo ad carmelitas habemus alle. Lap. xlv. Quo ad oēs ordines medicātes, habemus late Bal. in aucten. ingressi. & extra glo. q. r. t. C. d. sac. san. eccl. Et ē materia quā posuit Host. & Imo. & late Panor. i. c. i. p. n. t. i. a, d. p. b. a. Tractat. et i cōstitutionē exijt. §. ad hęc, q. a, d. ver. sig. i. vi. Et in cle. exiui, eodē ti. §. cupiēs



res, i fi. Et p declaratiōe Bar. & Bal. i qbo videt eē aliq̄lis cō
trarietas, i d. auctē. igressi, videat Zab. in cle. exiui. de x̄. sig.
i. §. p̄inde, i penul. & vlt. col. vbi aliud di. i minoribz. aliud i
p̄dicatoribz ppter eorū priuilegia. Et licet posset forte dici,
q̄ n̄i medicātes Spire, quo ad retētiōē possessionū seu fi-
xorū redditū, nō dicant medicātes, tñ quo ad alia reputari
debent mendicātes, quia priuilegiū strictū tollens vnū, nō
tollit aliud. l. si domus. ff. de ser. vr. p̄. c. ex tuaz & vsu pal
lij. & c. pastoralis de priui. dato igit q̄ ex priuilegio sint abi-
lirati ad possessiones & census fixos habēdos, ex hoc nō sūt
abilitati ad alia, nec ab alijs liberati, in quibus de mendicā-
tibus fit mentio, Ideo etiā possunt medicāre, si nō habēt cē-
sus sufficiētes, alias oporteret fateri nullos esse mendicātes,
vt late in allegatiōe Lapi quarta, quā recitat & sequit Gemi.
in di. c. vnico. de rel. do. in. vi. i vltimis verbis. Et hec suffi-
ciat summo digito dūtaxat attigisse, vt claudant ora scio-
lorū, q̄ forte minus bene sentiūt de fratribz n̄is medican-
tibus Spire, eo q̄ possidēt census fixos & bona imobilia in
cōi, quia priuilegia possunt hmōi eis indulgere. Immo vt
in totū obstruā ora latrantiū, cōtra frēs nostros Spire, scito
q̄ nō solū possunt habere bona in cōi, vt supra deduxi, sed
etiā quilibet p se in specie certo mō. Nā habemus iure cau-
tū, q̄ religiosus nunq̄ dicit habere ppriū, q̄n aliquid tenet
sciente & paciēte superiore, paratus ad eius libitū dimittere.
Immo de licentia p̄lati possunt religiosi habere vsum rerū,
quæ vsu consumunt, etiā p toto tpe vitæ suæ, puta vestes,
libros, pecuniā, & s̄ilia. vt late p felinū, in. c. Cū in Ferrariēsi
de consti. mihi in fine. xiiij. col. post. x̄. Vltērius dñs Abbas
tāgit hic, q̄ allegat iura & scribētes i locis suis etiā vsq̄ ad sa-
cietatē. Et cū frēs n̄i alioquin vt plurimū sint bonæ & ho-
nestæ vitæ, & digne conuersatiōis, curandum est ne com-
maculent bonū suum nomen. Caueant igitur ne ad se reci-
pian illos, qui deficiūt ab eis, quos vulgus appellat de ob-
seruantiā, quia tales deficientes a religione sua, dicunt esse
peiores hoies alijs. c. penultimo. xlvij. di. quē tex. ad hoc
no. dñs & p̄ceptor meus d. Car. Alex. ibidē in vl. notabili.
Cōcludendo itaq̄ habemus ex mēte scribentiū, q̄ ordo he

remitarū qui dicit Augustini, & ordo Carmelitarū hñt pro-
rogationē ad di. Cle. dudū. Licet exp̄sse in ea nō cōtineant
ideo quicqd dixi, aut diceē in hac materia cōfessionū, debet
intelligi de oibus n̄is quatuor ordinibus Spire, quos vul-
gus mendicātes appellat, & qui cōprehendunt sub priuile-
gijs loquentibus de mendicātibz, vt supra deduxi.

Predicti frēs mendicātes si rite qualificati fuerint, possunt
audire confessiōes, eorū dūtaxat, qui eis cōfiteri voluerint
nemo em̄ inuitus cogitur eis confiteri, ppter verba di. cle.
dudū, scilicet sibi confiteri volentiū. Possunt etiā dicti frēs
rite qualificati, audire libere confessiōes, sibi confiteri volē-
tiū, hoc est q̄ volentes eis cōfiteri, nō tenent petere licentiā
a plebano, seu pprio suo sacerdote, ppter verbū libere posi-
tū in d. cle. dudū, & ad hoc notat per glo. ibidē. Nam istud
verbū libere, importat vt nō exigat alterius licentia, vt ibi-
dē di. Panor. i. iij. col. x̄. An istis fratribz sic electis, & ibid.
Zab. in x̄. si vero in. ij. q. & Imol. ibidē. x̄. in glo. libere.

Similiter absoluti a dictis fratribz rite qualificatis, nō te-
nent iterū cōfiteri plebano suo, vt notat glo. in d. cle. dudū
in verbo impartiri, quā approbat Panor. ibidē in. iij. col.
x̄. nunqd cōfessus istis fratribz. & late ibidē Zab. verbo. si
vero, in. iij. q. Et ad longū Imola. in eodē. §. statuimus. x̄.
glo. impartiri querit. Ideo caueat plebani n̄i Spire, ne p̄di-
cent cōtrariū, moti opiniōe Io. Mo. aut alterius, quia ista est
vera doctrina oīm, q̄ volentes cōfiteri dictis fratribz, nō
teneantur petere licentiā a curato suo, aut rursus suo curato
cōfiteri, de quibus p fratres p̄dictos absoluti sunt. Et ista bñ
notent plebani, ne in hoc errēt, Neq̄ de hac cōstitutiōe mi-
randū est, cum vnusquisq̄ plebanus possit in adiutorium
suū recipere aliū sacerdotē seu substituere, & cōfessus tali
substituto, nō teneat eandē confessionē facere plebano suo.
Quare igit papa qui est curatus seu pprius sacerdos totius
Christianitatis, nō deberet posse recipere alios in adiutoriū
suū, seu potius in cooperatores, cum in hoc nullū fiat p̄iu-
diciū plebanis, seu pprijs sacerdotibus, eo q̄ iurisdictionis
prās, nō est alicui cōcessa in fauorē suū, sed in utilitatē ple-
bis, & ad honorē dei. Et quia papa dedit auctoritatē religio
B



sis mendicantibus, vt possint audire confessiões eis confiteri volentiū, solet dici q̄ cōfessi talibus satisfec erint. c. ois, de pe. & re. quia tales cōfessi sunt de licentia sui pprii sacerdotis, id est papæ. Non tamē credant ex hoc nostri religiosi mendicātes Spiræ q̄ habeāt auctoritatē papalē, & facti sint pape, vt dicebat mihi qdā ex fratribus nr̄is Spiræ (cuius religionē volēs subiceo) cū eum arguerē q̄ absoluisset quemdam, qui iniecit manus violentas imo atroces, in abbatem religionis probatæ, nam dicebat in genere oēs fratres mendicantes habere auctoritatē papalem, Informaui hoīem q̄ non habemus tot papas in mundo, vt ipse dicebat, & honesto modo dixi ei, q̄ non essent mitrē sufficientes pro tot pontificibus. Memor dicti Iohan. An. in. ca. vt apostolice. de priui. in. vi. in nouella cum dicit, q̄ pontificalia in abbatibus tantum operantur, quantū genitalia in mulis, ita potuisset sibi dici de mitra sua papali, quia ex ea nō habet auctoritatē papalē, cum tex. in di. cle. dudū, dicat, q̄ nō cōceditur fratribus amplior potestas, q̄ curatis seu parrochialibus sacerdotibus est a iure concessa, nullus autē plebanus potuisset absoluere a tali excoicatione. Ideo longe minus ille bonus frater, cuius mentionē feci, eam obrem bonum esset fratres nostros Spiræ habere confessores depuratos, q̄ scirēt se nō esse papas, q̄uis habeant priuilegiū a papa.

Solent etiā dicti fratres reputari proprii sacerdotes, in sacramento penitentiæ dumtaxat de rigore & veritate sacramenti, quantū ad culpā mortālē & penā perpetuā, & sic iterum satisficit. c. omnis. de pe. & re. vt late recitat Zab. in di. cle. dudū. §. statuimus. & si vero, in vltima oppositiōe tertie questionis. & Imol. ibidē. & glo. impartiri circa principium, vbi dicit, q̄ isti religiosi habent loco proprii sacerdotis, & sic satisficit di. c. omnis, de pe. & re.

Fratres etiā predicti solum possunt audire confessiones eorum, qui subsunt ep̄is quibus presentati sunt, & istud bene notent, ne passim & indifferenter audiant confessiones quorumcūq̄, vt in me & meis expertus fui, quos fr̄s alieni non refutabant, & male, & hoc propter verbū dictæ cle.

dudum, scilicet suorū subditorū. Ideo nostri ciues habitantes Spiræ, qui in hebdomoda sancta solū stant per modicū tempus Franckfordiæ, non possunt ibidē absolui, cum nō sint subditi Archiep̄is Moguntinē. sine licentia plebanorum suorū Spiræ, vt notat Innocen. in. c. omnis. de pe. & re. in verbo absoluere, est mihi in fi. iij. col.

Similiter fratres solū possunt audire confessiões in diocesi eius ep̄is, cui presentati sunt, ppter verba d. cle. scilicet in eorū ciuitatibus & dio. Et in hoc frater rite qualificatus ē maior curato, quia talis frater potest audire omnes de tota dio. curatus autē solū eos qui sunt in sua cura. Et si aliquis fratrum audiret cōfessionē extra dioce. vel etiā eū qui nō subesset ep̄is cui presentatus est, tunc ostenderet vmbra quedam in opere, Veritas autem nō subesset in effectu, Ar. c. quanto, de cōsue. cum similibus.

Notandū q̄ in oibus precedentibus & sequentibus, semp loquor iuxta formā iuris regulariter, p quod excipio casus necessitatis, puta in articulo mortis existētiū. Similiter casus priuilegiatos, tam quo ad cōfessores tā quo ad cōfidentes, q̄ sæpe habent literas, quæ vulgo cōfessionalia dicunt. Etiam confessores interdū habent priuilegia. ppter cle. dudū, de sepul. de oibus illis hic nullus fit sermo, sed solum loquor regulariter iuxta formam iuris, & dimitto omnē materiā extra ordinariam.

Quia autem dixi q̄ fratres rite qualificati, possunt audire confessiones eorum dumtaxat, qui subsunt ep̄is cui presentati sunt. Querunt doctores quid de exemptis? Et dicūt quia tex. in di. cle. dudum, loquitur generaliter scilicet confiteri volentiū, q̄ possunt audire exemptos & non exemptos, & ita obseruatur vt dicit Zab. in di. cle. dudum. §. statuimus. & ac deinde, in. vi. q.

Tamen nō possunt audire religiosos, quorū statuta prohibēt eos alijs q̄ suis platis confiteri, ex eo quia tales nō habent velle. c. & si religiosus. de elec. in. vi. Ideo nō possunt dici volentes. facit etiā quia cle. dudū, quatenus tangit ius

B ij



tertij, est strictè interpretanda, iuribus allegatis p̄ Zab. in d. §. statuimus. x̄. si vero. in. ij. notabili, & latius i prima op̄nione. Et dicit Panor. in d. cle. dudū circa mediū. in. col. q̄ aliqui doctores consulūt, vt tales religiosi cōfiteant̄ istis fratribus, cū licentia suorū p̄latorū. Et subiūgit se credere, q̄ illi qui nō possunt cōfiteri curatis, nec fratribus cōfiteri poterunt, cum fratres ex di. cle. dudum, non habeant maiorem potestatem q̄ habeant curati.

De clericis aut̄ non est dubiū, quin possint dictis fratribus cōfiteri, q̄ sumunt doc. ex verbis di. cle. dudū. in. §. numerus. dum dicit tex. vniuersitas cleri & populi. & c̄.

De reliquis omnibus cui confiteant̄ est generalis remissio ad summā Hosti. in. §. cui cōfitendū, e. ti. de pe. & re. Sis tamē cautus, quia clerici qui nō hnt̄ curā aiarū, debēt recipere sacramenta a plebanis seu curatis, q̄bus subsunt, aut in quorū parrochijs habitāt, vt recitāt Anth. de butri. Zab. & Panor. in fi. c. ad audientiā primū, de eccl. edifi. Et idem Panor. in. c. vt dñicis. de parroch. in vlti. verbis. & c. cū ab eccliarū i. ij. notabili de officio ordi. iuribus p̄ eū allegatis, Prēlati tamen exempti possunt libere confessorē eligere. c. finali. de pe. & re. Curati vero sacerdotes ac prēlati, & canonici cathedraliū ecclesiarū, imediate subsunt ep̄o, & ad eum debēt recurrere p̄ oībus sacris, vt recitāt Panor. in. ca. cōquerente, de offi. ordi. in. ij. col. ver. nono habet. vbi al. le. Hosti. (quē sequit̄) dicentē, q̄ caueāt sibi abbates & canonici eccliarū cathedraliū, & alij rectores eccliarū, qui imediate subsunt ep̄o, vt ad eū recurrāt in cōfessionibus. nā ab alijs absolui nō possunt, cū a iudice nō suo absolutio facta nō teneat. Dicit tñ q̄ nō vult dānare eos, qui hoc hactenus nō obseruarūt, si mortui sunt, sed relinquit eos diuino iudicio, vt ibi per eū. q̄ ibidē etiā in ver. glo. in x̄. penitētijs, circa me. Est mihi in. iij. col. Latius p̄sequit̄ q̄ nō valet consuetudo p̄ quā clerici eligūt sibi cōfessores ad libitū, quem sequit̄ & sumat Felinus ibidē. Ideo collegiū sanctorū Germani & Mauritij, in quo etate mea semp̄ fuerūt viri docti, inter quos fuit egregius & solēnis doctor, dñs Io. Stoll, de canus. Cuius etiā ossibus omnē pensum seruitutis mee te-

neor. Nam adolescenti mihi iuris ciuilis libros cōcessit, certe tūc ingens beneficiū, nōdū em̄ quo ad ius ciuile florebat librorū impressura, me etiā ad bonos artes & virtutes (licet mihi ipse defuerim) semp̄ hortatus est. Docti in quā viri illi, bene sciuerunt introducere in ecclia sua consuetudinē laudabilē, & saluti aiarum vtilissimā. Nā sp̄ prima die q̄dragesimę pro p̄sonis ecclie suę perūt a vicario in sp̄ualibus, auctoritatē audiēdi mutuo cōfessiones. Et vicarius solet illis qui ad hoc apti sunt hm̄oī auctoritatē benigne impartiri.

Sed in ecclia cathedrali, p̄sonæ sine alicuius auctoritate sibi mutuo cōfitemē. verū suspicor q̄ sit vna trussa, & nulla absolutio, nisi habeāt indultū a superiori suo, vt supra dixi. Et late p̄sequit̄ Zab. in di. c. cōquerēte, de off. ord. in. xix. q̄. Et Antho. de bu. ibidem. ver. q̄ro q̄ sunt sacra ab Ep̄o recipiēda, est mihi in fi. v. col. Et Imol. ibidē in penul. col. Neq̄ volo q̄ mihi dicas ita per antiquā cōsuetudinē eē obseruatū, q̄a tex. in. c. si ep̄i. de pe. i. vi. dicit i fi. Nulla quoq̄ p̄t cōsuetudine introduci, q̄ aliq̄s p̄ter sui sup̄ioris sententiā, cōfessorē sibi eligere valeat, q̄ eū possit absoluere vel ligare.

De peregrinis tñ seu potius viatoribus, narrat Zabe. in. c. oīs d̄ pe. et re. i. ij. col. x̄. qd̄ d̄ pegrinis. Inno. tenere q̄ tutū est vt obtineāt licentiā a pp̄rio sacerdote. Sed si nō obtineāt qd̄ iuris? Dicit Inno. velle. q̄ videt̄ eis concessa eo ipso q̄ sacerdos pp̄rius dedit signa pegrinatiōis, alij scribentes narant signa hm̄oī esse perā & baculū, subiūgit Zab. Sed qd̄ si nō dedit? Dico q̄ si nullibi habitāt, nulli possūt cōfiteri, q̄ valeat absoluere, nisi esset legatus v̄ alias hns potestātē.

Et cū querit̄, a quibus p̄tis possunt fr̄es rite qualificati absoluere? Dicas ab oībus a q̄bus curati de iure absoluere p̄nt. Fallit in casu cle. prime de priui. vt infra dicet̄. Nō tamē hnt̄ dicti fratres maiorē facultatē, q̄ habeāt curati de iure. Nam dicit tex. in d. cle. dudū. Per hm̄oī autē cōcessionē nequaq̄ intendimus p̄sonis seu fratribus ipsis, ad id taliter deputatis, potestātē in hoc impendere ampliorē, q̄ in eo curatis seu parrochialibus sacerdotibus est a iure cōcessa. Cū autē curati nō possint absoluere in casibus sedi ap̄lice, qualitercūq̄ aut Ep̄is in iure reseruat̄, ideo multo minus fr̄es possunt

B ij



in dictis casibus absolueret. Mirū autē est q̄ curati de quorū
essentia est, vt sint sacerdotes, nō ita de religiosi, cum sacer
dotiū sit accidens in eis, possunt em̄ esse religiosi sine sacer
dotio imo per multa cētēnaria annorū, religiosi nō potes
rant esse sacerdotes. Et Siricius fuit primus papa qui indul
sit vt monachus, si vita probaretur sacris initiari posset.

Curatus autē de sui essentia est sacerdos, mirū igitur est q̄
curatus, de cuius essentia est vt sit sacerdos, q̄ nō possit ab
soluere ab oī delicto, cū tamē vt refert Imol. in d. cle. dudū.
§. statuimus. §. glo. cōcessa, i libro meo est principiū. x. col.
Curatus habeat potestātē ordinis, ex qua potest quilibet sa
cerdos absolueret quēlibet a peccatō, nā cum possit species pa
nis & vini cōuētere in corpus & sanguinē. c. panis. de cō.
dis. ij. & c. i. §. vna vero. de sū. tri. multo fortius deberet cō
uētere posse quēlibet peccatorē in membrū Chri. c. ferrū.
l. dif. subiūgit Imol. q̄ hoc p̄cedit ex ordinatione canonica
iurisdictionis exercitiū restringente. c. nullus. de parroch. &
alie. parrochianis. & c. oīs. de pe. & re. Vnde requirit q̄ qui
absoluit in foro p̄nitentiāli habeat potestātē ordinis &
iurisdictionis exercitiū, q̄ a maioribus in inferiores descēdit,
vt pulchre docet tex. in. c. in nouo. xxi. dif. & c. significasti
in fi. de elec. & a maioribus tanq̄ maius ip̄erū habētibus res
trigīt. vt patet in. c. salonitane. lxxij. dif. & c. cū ab eccliarū,
de off. ordi. Et hoc p̄cedit ex ordinaria potestate quā habēt
ep̄i in dioce. suis. c. de p̄sona. xi. q. i. hęc eadē refert Zab. in
di. §. statuimus. §. si vero. in. ix. q. Dicimus igit q̄ curati (iō
multo minus fr̄es etiā rite qualificati) nō possunt absolueret
a casibus papalibus, Similiter a casibus in iure ep̄is reserua
tis, quorum aliquos forte infra subiungam.

Sciendū est, q̄ scribētes in di. cle. dudū deducūt q̄ p̄prius
sacerdos seu curatus pōt dare licentiā suo subdito, vt alibi
confiteat. c. oīs. de pe. & re. Ipse etiā curatus pōt aliū ad t̄ps
substituere loco sui, etiā religiosum seu fratrem mendicantē,
nō qualificatū iuxta tenorē cle. dudū. dū tñ talis habeat li
centiā sui superioris, & hoc cū quodā moderamine. vt ha
bēt per Zab. in cle. i. de priui. in. xxi. & xxij. questionibꝫ
vbi curati oīno videant quia ista non debēt fieri sine sale.

Similiter curatus potest suū subditū audire in cōfessione ex
tra dioce. suā, & extra territoriū suū, quia in his que sine stre
pitu fiunt nullius territoriū ledit. argumento. c. pe. & fi. de
offi. dele. Zab. in di. cle. dudū. §. statuimus. ver. extra ciui
tates in quarta & quinta questionibus. Et Panor. in. c. cum
contingat. de fo. cōpe. in prin. vl. col. Allegat ad hoc, c. no
uit. de offi. le. & l. secunda. ff. de offi. proconsul.

Fratres autē etiā rite qualificati, nullū p̄dictorū possunt, &
in p̄dictis oībus sunt minoris auctoritatis & conditiōis,
q̄ p̄prii sacerdotes seu curati. Et ponūt scribētes in di. cle.
dudū, hanc rationē. quia dicti fratres nullā habēt curā, non
em̄ habent curā principalē, quia nō sunt p̄lati, nec delegatā
cū ad eius executionē nō obligent, nec quo ad subditos, q̄
eis cōfiteri nō obligant, nō em̄ habēt fratres p̄dicti admi
nistrationē in inuitos, & sic nō sunt ordinarij, nec delega
ti, quia nulla est subiectio confitentū ad eos, sed est q̄dā gra
tiosa ordinatio pape, in fauorem animarū introducta. Ideo
possent dici nudi ministri, & dati in adiutoriū & ad opitu
lationē, nō vt dicant oparij principales, sed principalū ad
iutores & cooperatores. c. inter cetera. de offi. ordi. Curati
autē habēt ex natura sua p̄pria, ius ligandi atq̄ soluendi, &
quo ad hoc dicunt tenere vicē ap̄log, quia Ch̄s sacerdotes
ad hoc elegit. Iō in. c. dñs n̄. xcij. dif. Ciprianus papa expo
nit ap̄los idest presbyteros, tenēt etiā vices apostolorū quo
ad sacrorū dispensationē. c. absit. xi. q. ij. Qua ratiōe etiā di
cunt vicarij Iesu Ch̄i q̄ solus primariā ligandi atq̄ soluendi
p̄tātē accepit, de pe. dif. ij. c. iter hęc. & §. his auctoritatibꝫ.
Et ex lata significatiōe sacerdotes parrochialiū ecclesiarū,
possunt dici p̄lati, quia p̄sunt parrochianis in foro aie, vt la
tius refert Panor. in. c. cū ab ecclesiā in primo notabili, de
offi. ordi. & ante eū An. de But. in. c. tua nos, de cle. egro.
Idē ponit Imo. in. c. decernimus, de iud. in. ij. notabili. Et in
dicto. c. cū ab ecclesiarū, in prin. Et hęc oīa de fratribus dici
nō possunt. Ex p̄dictis patet q̄ fratres nō habēt amplio
rem potestātē ex dicta cle. dudum q̄ curati de iure habeāt.
Imo non habēt equalē potestātē ip̄s curatis, cū curati ha
bēt iōge ap̄liorē potestātē q̄ scribo cōcessa sit, i d. cle. dudū.



Licet etiā curatus teneat corpus dñicū dare subdito suo, & scire an subditus suus illud recipiat. Adeo vt suspectus q̄ nō cōicet oī anno cōpellat cōmunicare vti habemus ex glo. c. fina. xxx. dist. intelligit tñ q̄ existēs in pctō, nō cōpelleat ad recipiendū corpus dñi, sed cogi potest ad faciendū se dignū c. si quis intrat, de conse. dist. ij. vt etiā recitat Anth. de But. in. c. oīs, de pe. & re. in fi. iij. col. x. xij. quero. Sint tamē plebani cauti, vt nō denegent sacm̄ eucharistię, alicui confesso dictis fratribus rite qualificatis, Imo quilibet plebanus tenet credere subdito suo, dicenti se cōfessum alicui, qui eū potuerit absoluerē, cū nemo p̄sumat imemor p̄prie saluus. l. sancimus. C. ad legē lul. repe. canonisata in. c. sancimus, in fi. i. q. vij. & glo. in. c. significasti, sc̄ d̄ m. de homi. Ideo plebani nō debēt taliter cōfesso denegare sacm̄ eucharistię.

Fallit primo, in eo qui perseuerat in pctō notorio, puta cū vir & vxor nō cohabitāt p̄ter superioris licentiā, Sicut in eo q̄ perseuerat tenere cōcubinā publice, & pluribus similibus, nā expresse tūc patet q̄ sint imemores proprię salutis.

Fallit sc̄ d̄ o, quicunq; curatus habet aliqua pbabilia, hoc ē suspitionē grauiē (leuē. n. nō curo) q̄ subditus suus nō dicat verū, puta q̄a est p̄sona leuis cōditionis, tūc. n. nō tenet sibi credere, nisi faciat fidē sufficientē q̄ sit cōfessus alicui q̄ potuerit eum absoluerē. Quia autē Spiræ, habemus illū detestandū abulum, q̄ parrochię nō sunt distincte, & q̄sq; in differenter cōfiteat cuiusq; plebano voluerit, necesse est vt plebani sint oculatissimi, ad sciendū an volētes recipere corpus dñi, sint prius confessi, imo an etiā oēs recipiāt corpus dñi? Eā ob rem frēs n̄ri Spiræ nō debēt se reddere difficiles ad dandū intersignia sibi cōfessis, cū plebani hoc petūt, q̄a cōstat mihi in fractiōe panis, quasdā p̄sonas singulo anno recepisse corpus dñi, sine aliq̄ cōfessiōe p̄uia, & mēciebant se cōfessas esse fr̄ibus. Iō rogo frēs n̄ros Spirę, vt sint faciles ad dandū hm̄oi intersignia, dico q̄ ad habitātes Spirę, vbi p̄pter defectū distinctiōis parrochię iminet maximū piculum, & videmus in facto q̄ sunt imemores salutis æternę.

Fallit tertio in excōmunicato, quia curatus nunq; tenetur sibi credere nisi probet se esse absolutum.

Reliquæ Fallentię collegi possunt ex predictis.

Videant autē fratres, vt ipsi nō dent sibi cōfessis, sacramentum eucharistię aut extreme vnctiōis, sine speciali licentiā p̄prij sacerdotis seu curati cle. prima de priuilegi. Alioquin ipso facto essent excōicati, nisi haberēt facultatem cōicādi suos familiares & domesticos, aut pauperes degētes in hospitalibus suis, vt dicit tex. in di. cle. i. in fi. Et istud vt dicit ibi Imol. in fi. ij. col. & alij scribētes, nō solū hēt locū in religiosis qui habent abbates, sed etiā in omī religione approbata. Istud bene notēt religiosi nostri Spirę, neq; alicui exhibeāt sacm̄ eucharistię aut extreme vnctiōis, etiā in quocunq; casu, palliantes forte errorē suum dicēdo, q̄ nō exhibeant subdito alterius parrochię sed alieno aut pegrino, q̄a tex. nō dicit subdito aut nō subdito alterius parrochie, sed loquit in genere clericis aut laicis. Audio esse quendā ex fratribus Spirę qui allegauit ep̄m scire hunc errorē, q̄ fratres ipsi dant sacramentū Eucharistię peregrinis & tolerare. Iō persuadet sibi, q̄ frēs nō incurrant excōicationē ipso facto, vt dicit di. cle. prima. Quia dico sibi q̄ ep̄s & eius vicarius in spiritualibus, nō solū nō consentiūt sed expresse cōtradixunt, put & ego cōtradixi & inhibui cū essem vicarius in spiritualibus. Et etiā quondā vicarius in spiritualibus cōtradixit expresse, vt viderūt oēs ordines medicantiū de anno M. D. VII. vbi vnus ex fratribus de hoc interpellatus, publice diffitebat se hunc cōmississe errorē. Et per hoc etiā nō habet locū dictū Zab. in di. cle. i. q. xxxix. vbi dicit se cōsuluis se, q̄ religiosus ignorās hanc penā, & alias hō sc̄tē vitæ, nō incurrat hanc penā, si exhibet corpus dñi nō incōtemptū curati. Quia Spirę frēs nostri nō possunt allegare ignorantia, cū per me & alios vicarios in spiritualibus, hec expresse sint eis prohibita, Ideo frēs nostri Spirę nō possunt aut debent in hoc allegare tolerantia ep̄scopi, aut cōsuetudinē, quia est excusatio in peccatis, vt dicit tex. in. c. quāto, de cōsue. & glo. ibidē, q̄ allegat concordātes. Sed studeāt in hoc serenare consciētiās suas, & legāt illā cle. primā, de priui. & inueniēt q̄ cōmittendo hūc errorē incidūt ipso facto in excōicationē, a quā per solū papā absolui possunt. Et cū ep̄o



hoc confiterit debet eos facere publice denūciari quousq[ue] sibi de absolutiōe facta fuerit fides. Et cōtra hmōi puplica-
tionē nullū priuilegiū, nulla exemptio in hoc potest succur-
rere ipsis fratribus, vt ibi textus clare ostendit ad literam.

Ista late tractant per Imol. in di. cle. i. in. iij. col. x. glo. eu-
charistiæ. vbi dicit, q[ue] religiosi incurrunt penā illius textus,
siue dent eucharistiā sanis siue infirmis, quia tex. generaliter
loquit de eucharistia & nō de viatico. Næc obstat tex. in. c.
penitentes, in fi. l. dif. & c. q[ue] in te. de pe. & re. Vbi apparet
q[ue] in morte dat viaticū oībus, quia debet intelligi per habē-
tes potestātē dandi hoc in sacro eucharistiæ. Penitētia autē
in casu necessitatis a quolibet sacerdote dari potest. c. pasto-
ralis, de offi. ordi. & habet. xxiiij. q. i. c. subdiaconus. §. sed
illud in glo. fi. Et di. Imol. istud bene notandū, quia etiā in
casu necessitatis nō licet sumere eucharistiā etiā si posset ab
alieno. Ar. c. vt quid paras. de conse. dif. ij. Idē tenet ibidem
Car. Zab. in. xi. q. p. totū. Quidā allegauit mihi lo. & Arch.
xxvi. q. vi. Et Inno. in. c. omis. de pe. & re. dixisse q[ue] in arti-
culo mortis liceret religioso dare eucharistiā, seu potius via-
ticū sine licētia plebani, sed nō est verū q[ue] hoc dicāt, fateor
q[ue] hoc posset eē in baptismo & alijs q[ue] sūt de necessitate, sed
nō militāt in viatico (vt supra ostēdi) aut extrema vnctiōe.
Et si aliquis allegaret consuetudinē per cle. quia contingit,
in fi. de reli. do. Dico q[ue] Spiræ nō habemus hospitalia & ta-
lia loca, in quibus possit militare ille tex. Nam hospitalia et
alia pia loca Spiræ, habent suos proprios sacerdotes seu cu-
ratos, imo q[ue] plus est illa cle. q[ue] contingit, nō dicit q[ue] cōsue-
tudo det religiosis auctoritatē ministrandi talia sacramen-
ta, sed dicit valere consuetudinē, q[ue] sacerdos hospitalium
vel sacerdotes parrochiales, pauperibus & familiæ illa mi-
nistrent, vt cla. dicit glo. vlt. in. c. primo de priui.

Et q[ue] plus est, religiosi nō possunt inducere consuetudinē
dandi sacramentū eucharistiæ, & talis cōsuetudo nō valet
vt dicit Car. Zab. in di. cle. prima, de priui. in principio in
xvi. q. Et lacius ibidē i. x. sane. in. ij. q. iurib[us] p[ro] eū ibi allega-
tis. Et refert Paulū dare rationē, q[ue] hoc casu nō valeat con-
suetudo, ne. l. de religiosis materia fingendi consuetudinē

vbi non est. Et ideo nostri textores & nautæ, ac alij ciues
qui toto anno habitāt Spiræ, & in hebdomada sctā vadūt
Franckfordiā, & sunt ibi per paruū tēpus nō possunt ibidē
recipere eucharistiā sine licētia plebanorū suorū Spiræ. Nā
licet statim cū quis vadit ad habitandū in certa parrochia,
intelligit ibi fieri parrochianus, tñ hoc nō habet locū cū q[ui]
accessit causa recreatōis, vel ob aliā causam tēporalē statim
reuersurus ad propriā parrochiā. vt dicit Car. Zab. i di. cle.
prima, de priui. in principio. i. xvi. q. p. c. is q[ue] de sepul. i. vi.
Si allegaret cōsuetudo, respōde vt imediate supra dixi.

Sed redeo vnde digressus sum, & dico q[ue] nō licet religio-
sis nostris Spire, neq[ue] in vita neq[ue] in morte, dare sacramen-
tū eucharistiæ aut extremę vnctiōis clericis aut laicis, sine
speciali licētia parrochialis sacerdotis. Tamē dicit mihi q[ue]
Sixtus. iij. cōcesserit fratribus medicantibus in vnico casu
dūtaxat dare sacramentū eucharistiæ. s. cū aliquis curatus
denegaret dare sacramentū eucharistiæ subdito suo, ex ista
sola causa, quia talis subditus confessus fuisset alicui ex fra-
tribus mendicantibus, & dicit mihi q[ue] ista sint verba Sixti
vt sequit. Et quoniā parrochialium ecclesiarū rectores, erga
illos qui fratribus eorum peccata confitent, per sæpe se red-
dunt in exhibitione Eucharistiæ & extremę vnctiōis dif-
ficiles. cōcedimus istis fratribus, vt eisdē p[er]sonis eis confes-
sis (quibus rectores p[re]fati sine ratiōali causa denegauerint,
seu malitiose distulerint eucharistiā seu extremę vnctiōis
sacramenta ministrare super quo eorundē confessor affer-
tioni stare debeat, illa perētibus possint impune exhibere.
Si verū est q[ue] ista sunt verba Sixti, tūc fratres nihilominus
sint cauti, & bene aduertant verba Sixtina per quę admit-
titur eis exhibitio corporis dñici i hoc vnico casu. Nam si cu-
ratus ex rationabili causa denegaret, aut nō malitiose dif-
ferret exhibitionem corporis dominici, tunc nō liceret fra-
tribus illud exhibere.

